

OPPENHEIM.

(Barbieri)

91 *SIBYLS.—OPUSCULUM de Vaticiniis Sibillarum.*

Oppenheim, (Jac. Koebel, ab. 1514). 4to. Rom. 18 ll.

Woodcut on title and 12 full-page woodcuts depicting the various Sibyls, with inscriptions. Boards. £6.6.

Proctor 11924. Royal Society's stamp on reverse of title. The woodcuts are copied from a series of the 12 Sibyls, which, with the Sibylline Oracles, were a favourite subject of very ancient blockbooks. There is a Roman printed edition of the Vaticinia Sibyllarum of 1481, of which the woodcuts are based very closely on blockbook woodcuts. From this version later versions were derived, gradually leading up to the state of the blocks as we find them here. Another line of development from the same blockbook leads to the famous early Florentine series of metal engravings of the 12 Sibyls. An interesting iconographical study of the treatment of the same subject in different manners.

12

15

17

92
2/24/24

²⁸⁹
OPVSCVLVM DE
VATICINIIS SP
BILLARVM.



Bauer 18, 74.

CAPITVM INDEX.

De Sibyllarum nomine & origine,	Caput, i.
De Numero Sibyllarum,	Caput, ii.
De Sibylla Persica,	Caput, iii.
De Sibylla Libica,	Caput, iiiij.
De Sibylla Delphica,	Caput, v.
De Sibylla Chimica,	Caput, vi.
De Sibylla Samia,	Caput, viij.
De Sibylla Cumana,	Caput, viij.
De Sibylla Hellespontica,	Caput, ix.
De Sibylla Phrigia,	Caput, x.
De Sibylla Europea,	Caput, xi.
De Sibylla Tiburtina,	Caput, xij.
De Sibylla Agrippa,	Caput, xij.
De Sibylla Erithrea,	Caput, xiiij.
De vaticinio Sibylle Erithree.	Caput, xv.
Viginti septem Sibylle carmina &c.	Caput, xvij.
Explicatur mysterium &c.	Caput, xvij.
Quid diui Augustin⁹ & Hieronym⁹ &c.	Caput, xviij.
Vaticinia Sibylle Erithree &c.	Caput, xix.
Vnde precedētia vaticinia beatus Augustinus desum-	
pserit.	Caput, xx.

UNIVERSITY OF LONDON
EDINBURGH INSTITUTE

De Sibyllarū nomíne et origine. Caput. I.



Sibylla nomē est nō propriū mulieris; sed officij; sic dicta; q̄ diuina consilia nosset; Aeoles ēm̄ oσιον̄ deos vocāt; Βουλή ρ̄o grece consiliū dicitur vel sententia; ex quibus hoc nomen compositum est.

Vnde sibylla dicta quasi theobulīn quia sibyllas dei sententiar̄ vaticinatrices mulieres antiquā dixerūt, hinc sibyllīni libri dicti sunt quos romani summa religiōe: atq̄ obseruantia custodiebant; & ad eos quasi ad oraculū quindecim viri adire solebant; quum dij immortales publicerant consulēndi.

¶ Horum aut̄ inuentio talis memorata fuisse. Anus hospita atq̄ incognita, Tarquinū superbū regē adiūt; nouem libros ferens quos esse dicebat diuina oracula; eos dixit velle vendare, petito a rege precio Trecentos philippeos aureos postulauit. Risit rex quasi anusetate desideret. Tum illa foculo corā rege cum igni apposito tris libros ex nouē deuissit. Rursusq̄ regē an reliquos sex eodem precio emere vellet interrogauit. Id rex multo derisit magis; dixitq̄ anū iam proculdubio delirare. Mulier ibidem statī tris alios libros exussit; atq̄ id ipsum denuo placiderogauit; vt tris reliquos eodē illo precio emeret.

Tarquinus ore iam serio attentiore anō factus; constantiā mulieris haud negligendā putauit; & tris reliquos libros; nihil minori p̄cio: q̄d p̄ omnibus fuerat a principio petitū mercatus est. Mulier a rege digressa; postea nusq; loci visa constitit. Propter quod Sibylla existimata est; libriq̄ ipsi in sacrarium conditi Sibyllini appellati: quorū postea numer⁹ adeo auctus est; capitolio refecto: q̄ ex omnibus ciuitatibus & italicis & gr̄c̄is pr̄cipueq;

Erithreis coacti allaticq; sunt romā: cuius scūq; sibylle nomine fuerunt. Sibyllas autem veteres vocabāt mulieres Entheas; hoc est quarū pectus deum recepissent: Virgi. Magnā cū mentem: animūq; deluis inspirat vates.

Denuomo Sibyllarum. Caput. II.

Varro in libris rerum diuinarum quos ad C. cēsarem pontificē maximum scripsit decem fuisse sibyllas cōmemorat: easq; om̄es enumerauit sub auctorib' qui desingulis scriptitarunt. Prima de persis fuit: cuius mentionem fecit Nicanor: qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secunda libyca: cuius meminit Euripides in Iamie plogo. Tertia delphica de qua loquitus est Chrysippus in eo libro quē de diuinatione composuit. Quarta Cumea: quā in libro belli punici: piso in annalib' nominauit. Quinta Erythrea: quā quidā proprio nomine Eriphylā vocant & in babilone ortam. hāc Apollodorus Erythreus suā affirmat esse ciuem: eamq; graījs ilion petentibus vaticinatā: & periturā esse troiam: & Homerum mendacia esse scripturę. Sexta Samia: de qua scribit Eratosthenes in antiquis annalib' samiorū reperisse scriptum. Septima Cumana nomine Amalthea: que ab alijs Erophile vel Demophile nominatur. Eam que nouem libros suprascriptos Tarquinio regi attulit. Octaua hellespontica in agro Troiano nata Vico Marinesso circa oppidum Gergitheū: quā scripsit Heraclides ponticus: Solonis & Cyri fuisse tēporibus. Nona Phrigia: que vaticinata est Ancyre. Decima Tyburs que & Tyburtina dicta est: nomine Albinea: que Tyburi vt dea colitur iuxtar ripam Anienis: Cuius in gurgite: memorāt simulacrum eius inuentū fuisse tenens librum in manu.

Caput. III.



Sibylla persica. **Duo tē-**
pore fuit nō inuenimus. Eam tamē aurea ve-
ste induitā & Candido velo coopertā incessis-
se legimus. Que de Christo hec prēnuncia-
uit Panibus simul quinqꝫ: & duobus pīscībus: hoīm mi-
lia in heremo quinqꝫ faciabit: & reliquas tollens duode-
cim cophinos impleuit in spem multorꝫ. Alio quoqꝫ in
loco sic ait. Ecce bestia conculcaberis & gignetur domi-
nus in orbem terrarū: & gremiū virginis erit salus genti-
um: & pedes eius in valitudine hominū: & inuīsibilever-
bum palpabitur.
Huius Sibylle mentionem facit Nicanor: qui res gestas
Alexandri Macedonis scripsit.

Virgine matre satus | pādo
residebit asello
Iucundus princeps: vnius qui ferre salutem
Rite queat lapsis: tamen illis forte diebus
Multi multa ferent immensi fata laboris
Solo sed satis est oracula prodere verbo
Ille deus casta nascetur virgine magnus

Sequitur Schema.



Sibilla persica



Caput. III.



Sibylla Libica. Quo tem-

pore floruerit; nō satis constat; eam tamē haud
multum iuuenem vaticinatam fuisse legimus
Ornata certo viridi ex floribus in capite/ vesti-
ta palio honesto/ Ita de christo suum vaticiniū p̄tulit di-
cens. Ecce veniet dies; & illuminabit dominus conden-
sa tenebrarum/ & nexus Synagoge soluetur; & desinent
labia hominū cum viderint regem viuentium & tenebit
illum in gremio virgo domina gentium: & regnabit in
misericordia; & uterus matris eius erit statera cunctorū/
Inde in manus iniquas veniet & dabunt deo alapas ma-
nibus incestis; miserabilis & ignominiosus erit misera-
bilibusq; spem prebebit.

Huius Sibylle meminit Euripedes in Iamie prologo.



Ece dies veniēt: quo eter-

nus tempore princeps

Irradians sata leta; viris sua crīmina tollet

Lumine clarescet cuius synagoga recenti

Sordida qui solus reserabit labra reorum

Aequus erit cunctis: gremio rex membra reclinet

Reginę mundi; sanctus/ per secula/viuss.



Sibilla Libica

Laput V.



Ebylla Delphica vates

in signissima / In templo Delphici Apollinis
nata & ante Troiana bella vaticinata & mul-
to in precio fuit / Que inter cetera a sancto spi-
ritu edocta multis carminibus / seriem oem incarnatio-
nis verbi dei / per optime descripsit. Eius quoq; verbi vi-
tam omnem / & miracula / Prodictioneq; / Capturam / Illu-
siones / ac deniq; turpissimam mortem / preterea & resurre-
ctionem / ac eius ascensionem / ita perlucide scripsit / vt Hi-
storiam magis dictitasse / q; venturos actus visa sit / Vn-
deferunt eam hec paucadixisse. s. Ipsum tuum cognosce
dominum / qui vere dei filius est / Et alibi / Nascetur pphes-
ta absq; matris coitu / ex virgine eius.
De qua Crisippus locutus est / in eo libro / quem de diui-
natione composuit.



On tarde veniet : tacita s;

mente tenendum

Hoc opus ; hoc memori semper qui cordere ponet
Hnius pertentant cor / gaudia magna prophete
Eximij : qui virginea conceptus ab alio .
Prodibit ; sine contactu maris : omnia vincit
Hoc nature opera ; at fecit qui cuncta gubernat



Sibyl delphica

Caput. VI.



Ibylla Chimera in Ita

Ia nata/ alias Chimica/ vestita celestina veste
deaurata/ capillis p scapulas sparsis/ & iuuen-
nis (de qua Ennius) sicut. In prima facie vir-
ginis ascendit puella pulchra facie prolixa capillis; sedes
super sedem stratam/ nutrit puerū: dans ei ad comeden-
dum ius proprium/ id est/ lac de cœlo missum,



H teneris annis | facie pre

signis honore

Militie æterne regem sacra virgo cibabit
Lacte suo: per quem gaudebunt pectores summo
Omnia: & eoo lucebit sydus ab orbe
Mirificum: sua dona magi cum laude ferentes
Obijcent puerο: myrrham: aurum: thura sabęga

Sequitur Imago.

b ij



A black and white woodcut-style engraving depicting the Cumaean Sibyl. She is shown from the waist up, wearing a voluminous, layered garment with a sash and a necklace. Her hair is long and curly, falling over her shoulders. She holds a small object in her right hand and a long, thin object, possibly a stylus or a rattle, in her left hand. She is looking upwards and slightly to the left. The background features architectural elements like columns and a decorative scroll above her head. The entire scene is enclosed in a rectangular frame.

Sibilla címica

Caput. VII.

Sylla Samia | a Samo
insula/nudūensem sub pedibus/formosum
pectus/subtileq; velum in capite habens. Sic
ait/Ecce veniet diues/& nascetur de pauper-
cula/& bestie terrarum adorabunt eum,& dicent,Lau-
date eum in atrijs celorum.
De hac scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus: fa-
miorum repperisse scriptum.

Ecce dies nigtas que tollet
leta tenebras
Mox veniet: soluens nodosa volumina vatum
Gentis Iudee: referent ut carmina plebis
Hunc poterunt clarum viuorum tangere regem
Humano quem virgo sinu in uiolata souebit
Annuit hoc cœlum; rutilantia sydera monstrant.

Sequitur Schema.



Sibilla famia

Caput. VIII.

Ibylla Cumana fuit tē-

 pore Tarquinij prisci / & de christo teste Virgilio sic ait. Ultima cum ei venit iam carminis etas : Magnus ab integro seclorū nascitur ordo : Iam redit & virgo redeunt saturnia regna ; Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Tu modo nascenti puer : quo ferrea primū Desinet : & toto surget gens aurea mundo. Casta fae lucina tuus iam regnat apollo.

Elm mea | certa manēt et

vera / nouissima verba

Vltima venturi q̄ erant oracula regis

Qui toti veniens mundo / cum pace / placebit

(Vt uoluit) nostra vestitus carne decenter

In cunctis humilis ; castam pro matre puellam

Deliget ; hec alias forma precesserit omnes

Sequitur Figura.



Sibil. cumana

Caput. IX.

Ibylla abelleponsica in
agro troiano vico marinesso circa oppidum
Girgithium nata/vetula & antiqua veste ru-
rali induta, ligato velo antiquo capite sub gu-
la circumuoluta usq; ad scapulas quasi despecta quā scri-
bit Heraclides dixisse. De excelsis celorum habitaculo
prospexit deus humiles suos. Et nascetur in diebus no-
uissimis de virginē hebreā, in cunabulis terre.

Mdm meditor quondā: vi-
di decorare puellam
Eximio (castam q; se seruaret) honore
Munere digna suo: & diuino numine visa:
Quesobolem multo pareret splendore micantem
Progenies summi/speciosa & vera/tonantis
Pacificā mundum qui sub ditione gubernet.

Sequitur Imago.



Si. hellesthōti.

Caput X.



Ibylla phrigia / induita
vesterubea/ nudis brachīs/ antiqua saturni-
na facie/ crinibus sparsis/ digito indicans sic
dixit. Flagellabit deus potētes terre/ & olym-
po excelsus veniet / & firmabitur consilium in cœlo / &
annunciabitur virgo in vallibus desertorum.



Pro deum vidi summus

punire volentem

Mūdi/hoīes stupidos; & pectora ceca/rebelP
Et quia sic nostram complerant crīmina pellem
Virginis in corpus/voluit demittere cœlo
Ipse deus prolem; quam nunciet angelus alme
Matri; quo miseros contracta sorde leuaret.

Sequitur Imago.

c ñ



Sibil. phrigia

Caput. XI.



Ibylla europea / decorata

iuuenis / facier utilans / velo subtilissimo capite ligata / induita veste aurea / de Christo sic ait. Veniet ille; & transibit montes & colles; & latices siluarū olympi; regnabit in paupertate & domis nabitur in silentio; & egredietur de vtero virginis.



Vrginis eternū veniet de corpore verbum

Purum: qui valles & montes transiet altos
Ille volens etiam stellato missus olympos
Edetur mundo pauper: qui cuncta silenti
Rexerit imperio: sic credo: & mente fatebor
Humano simul ac diuino semine gnatus

Sequitur Imago.



Si. Europea.

Caput. XII.

Ibilla tiburtina nomine

 Albunea nō multū senex/vesterubea induta/
desup ad collum pellem hirciniā per scapulas
habens/ capillis discōptis cui⁹ simulacrū tene
bat librū in quo scriptū erat. Nascetur Christus in beths
lehem/ & annunciabitur in nazareth: regente tauro paci
fico fundatore quietis, O fœlix illa mater/cuius vbera il
lum lactabunt.

Erat ipse deus/ dedit hec

mihi munia fandi

Carmine q̄ sanctam potui monstrare puellam
Concipiet que nazareis in finibus: illum
Quem sub carne deum Bettlemica rura videbunt
Onimum fœlix: cœlo dignissima mater
Que tantam/sacro lactabit ab vbere/ prolem

Sequitur Figura.



Si. Tiburtina

Caput. XIII.



Ibylla agrrippa | rosea ve
ste/cum clamide rosea/non multum iuuenis
manum tenens in gremio quasi admirans &
deorsum respiciens/sic ait de Christo/Inuisi-
bile verbum palpabitur & germinabit ut radix: & sicca-
bitur ut folium/& non apparebit venustas eius/& circū
dabitur aluus materna:& flebit deus læticia sempiterna
& ab hominibus concubabitur/& nascetur ex matre ut
deus/& conuersabitur ut peccator,



Summus erit | sub carne sa
tus/charissimus atq;
Virginis & vere complebit viscera sanctum
Verbum: consilio/sine noxa/spiritus almi
Despectus multis tamen ille: salutis amore
Arguet & nostra cōmissa piacula culpa
Cuius honos constans/& gloria certa manebit

Sequitur Imago.



Si. Sigrippa

unitas,
bitur de
lietetur
mirabitur
Hanc A
uen: e
noiam.

Vltim
Hebre
Intern
Magn
Virg

Laput. XIIII.



Ibylla nobilissima Ery-

threā in Babilonia orta/de chīo sic ait. In vltima autē etate humiliabitur deus/& humana=bitur proles diuina/iungetur humanitatī diuinitas. Iacebit in feno agnus:& officio puellari educa=bitur deus & homo. Signa p̄cedent apud appellas. Mu=lier vetustissima puerum prestitū cōcipiet. Boetes orbis mirabitur & ducatū prestabit ad ortum.

Hanc Apollodorus Erythreus affirmat suam suisse ci=uem: eamq̄ graījs Iliū potentib⁹ vaticinatā & piturā esse troiam: & Homerū mendacia scripturum.



Erno dei natum/qui se de=

misit ab alto

Vltima fœlices referent cum tempora soles
Hebræa quem virgo feret de stirpe decora
In terris multum teneris passurus ab annis
Magnus erit tamen hic/diuino carmine/vates
Virgine matre satus/prudenti pectore verax.

Sequitur Imago.



Si. Erythrea

De vaticinio Sibylle Erythreae. Caput. XV.



Via vero Erythrea cete-

ris sibyllis celebrior perhibetur esse & nobis-
lior. Ideoq; presentib; inserere placuit quede
ea diuus Augustin^o libro de ciuitate dei. xviij
capite. xxiiij. scriptum reliquit: Hec inquit Erythrea Si-
bylla quedā de christo manifesta conscripsit: que etiam
nos prius in latina lingua versib; male latinis & nō stan-
tibus: legimus. per (nescio cuius) interpretis imperitiā
sicut post cognouimus. Nam vir clarissimus Flactianus
(qui etiam procōsul fuit: homo facillime facundie; mul-
teq; doctrine) cum de christo colloqueremur: grecū no-
bis codicē protulit; carmina esse dicens sibylle Erythrea:
vbi ostendit quodā loco in capitib; versuū ordinē littes-
rarum ita se habentē: ut hec in eo verba legerentur in gre-
co: que sic sonant in latino Iesus christus dei filius salua-
tor. Hī autem versus: quorum prime littere istū sensum
quem diximus reddunt: sicut eos quidā latinus extanti-
bus versibus est interpretatus hec continent.

Digintiseptem Sibylle carmi- na: quorū capitales littere in greco hec verbareddunt Ies- sus christus dei filius saluator: Licet trāslator latinus hoc mysterium in suis carminibus non seruauerit.

Caput. XVI.

Vdīcū signum tellus sudore madescet.



E celo rex adueniet per secla futurus:
Scilicet in carnem presens ut iudicet orbem.

d. ij

Vnde deum cernent incredulus atq; fidelis:
Celsum cum sanctis: qui iam termino in ipso.
Sic anime cum carne aderunt: quas iudicet ipse.
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis:
Reijscent simulachra viri: cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis: pontumq; polumq;
Inquirens: tetri portas effringet auerni.
Sanctorū: sed enim cuncte lex libera carni
Tradetur: santes eterna flama cremabit.
Occultos actus retegens: tunc quisq; loquetur
Secreta: atq; deus referabit pectora luci.
Tunc erit & luctus: stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar: & chorus interit astris.
Soluetur celum: lunaris splendor obibit.
Deijsiet colles: valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominū sublime vel altum.
Iam equātur campis montes & cerula ponti.
Omnia cessabunt: tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur: fluminaq; igni.
Et tuba tunc sonitū tristem demittet ab alto
Orbe: gemens facinus miserū: varioscq; labores
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino reges sistentur ad vnum.
Recidet ecclō ignisq; & sulphuris amnis.

Explicatur mysterium latens in dictis vigintiseptem versibus.

Caput. XVII.

Robis latinis vñsibus de
gręco vtcūq; translatiſ ibi non potuit ille sensus occurſere qui ſit: cū littere (que ſunt in eos-
rum capitibus) cōnectuntur; vbi y littera in

grēce posita est: quia nō potuerūt latina verba inueniri: que ab eadē littera inciperent: & sententie conuenirent. Hī autem sunt versus tres: quintus: octauus decimus. & nonus decimus. Deinde litteras que sunt in capitib' oīm versuū connectentes: horum triū que scripte sunt nō legamus: sed pro eis y litterā tanq̄ in eisdē locis ipsa sit posita recordemur & exprimimus in quinq̄ verbis: Iesus Christus dei filius saluator. Sed cū grēce hoc dicitur: non latine. ¶ Et sunt versus viginti & septē qui numer' quadratum ternariū solidum reddit. Tria em: ter ducta: fiunt nouem. Et ipsa nouem si ter ducātur: vt ex lato in altū figura cōsurgat: ad viginti & septē perueniunt.

¶ Horū autem grēcor̄ quinq̄ verba que sunt Iesos Christos theu yios σοτερ/ qd' est latīe Iesus Christus dei filius saluator: si p̄mas litteras iūgas: erit in grēco ichthys id est in latīno piscis. In quo nomine mystice intelligitur Christus: eo q̄ in huius mortalitatis abyssō: velut in aquarū profunditate: viuus hoc est sine peccato: esse potuerit.

Quid dīniī Slugustinus & Ieronymus senserit de Sibylla Erythrea: quo ad beatitudinē.

Caput. XVIII.

Iustus Slugustinus libro quo supra de ciuitate dei libro. xviij. capite. xxiiij. hoc testimoniuū prebet de eadem: dicēs. hec autē. Sibylla siue Erythrea: siue (vt quidā magis credunt) cumana: Ita nihil hahet in toto carmine suo: (cuius exigua ista particula est) qd' ad deorū falsor̄ siue fictorum cultū pertineat: quiūmo ita etiā contra eos: & contra cultores eorū loquitur: vt in eorū numero deputanda videatur: qui ptinent ad ciuitatē dei. Beatus aut̄ Ieronymus primo libro contra Iouinianū: capite. xxvij.

Sic de Sibyllis scripsit. Quid referā sibyllas. Erythreā & Cumanam & octo reliquas: quartū insigne virginitas est & virginitatis pretiū: diuinatio: Eolico ēm sermone Sibylla: στιουστ Boύλη sios bule dicitur: hoc est/ dei consilium/qd' sola scribitur nosse virginitas. Ex quibus beatorum Augustini & Ieronymi sententijs líquido patet/ q̄ hec sibylla/ & forsan eadem ratiōe etiā relique in eo sunt numero cōputande/ qui ptinent ad ciuitatē dei/ hoc est beatorū/vnde facile colligitur p̄babiliore īmo & veriorē esse opinionē eorum qui tenent/q̄ oīnes prophetie sibyllarum fuerint a spiritu bono/ q̄ eorum qui dixerūt q̄ fuerint a spiritu malo.

Vaticinia sibylle Erythree

siue vt alījs placet Cum eē de passione & resurrectione christi/post Lactantium & Augustinū loco quo supra.

Caput. XIX.

Rescriit etiam Lactantius firmianus operi suo/ quedam de christo vaticinia Sibylle/ q̄uis non exprimat cuius. Sed que singulatim ipse posuit/ ego arbitratus sum coniunctim esse ponenda/ vt sit vnū prolixum/ que ille plura cōmēmorauit & breuiā.

De Captione domini.

In manus iniquas infideliū postea veniet.

DE ALAPHISATIONE.

Et dabunt deo alapas manibus incestis/

DE CONSPVTIONE.

Et impurato ore expuent veneratos sputus.

DE VERBERATIONE DORSI.

Dabit vero ad verbera simpliciter dorsum

DE COLAPHISATIONE,

& obmutescientia/

Et colaphos accipiēs/tacebit/ne quis agnoscat quo vers
bum vel vnde venit/vt inferis loquatur/

DE CORONATIONE SPINEA.

Et corona spinea coronetur/

DE FELLIS ET ACETI POTATIONE.

Ad cibum autē fel/& ad sitim acetū dederunt/
In hospitalitatis hanc monstrabunt mensam/

DE VERBO CHRISTI/NESCI

unt quid faciunt/

Ipsa eīm insipiens gens/dīm deum tuū non intellexisti/
Ludentem mortalium mentibus.

ITERVM DE CORONATIONe

& fellis potu.

Sed & spinis coronasti/& horridū fel miscuisti.

DE VELO TEMPLI SCISSO.

Templi vero velum scindetur.

DE TRIVM HORARVM TENEBRIS.

Et medio dieno xerit tenebrosa nimis in tribus horis/

DE MORTE CHRISTI TRIDVANA.

Et morte morietur tribus diebus somno suscepto.

DE RESVRRECTIONE ET RE ditu ab inferis.

Et tunc ab inferis regressus/ad lucem veniet/
Primus resurrectionis principio reuocatus ostendo.

Dnde precedentia vaticinia
beatus Augustinus desumpserit.

Caput. XX.



Sta Lactatius carptim

per interualla disputatiōis sue/sicut ea posce
evidebantur que probare intenderat/adhi-
buit testimōia sibyllina/q̄ nos nihil interpo-
nentes/sed in vnā seriem cōnexa ponentes/solis capitī-
bus (Si tamē scriptores deinceps ea seruare nō negligāt)
distinguenda curauim⁹. Nonnulli sane Erythreā sibyllā
non romuli/sed belli troiani tempore fuisse scripserunt,

Finis opusculi de vaticinījs sibyllarum.

Impressum Oppenheim

UNIVERSITY OF LONDON
EDINBURGH INSTITUTE